Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26482
Copyright: Admont, Benediktinerstift



68

Baptizatus autem rex cum gente
integra · plurimas possessiones per diuersas
prouincias sancto Remigio tam ipse quam franci po
tentes dederunt · quas ipse per diuersas ecclesias tra
didit. Ne franci eum rerum temporalium cupidum
esse · et ob id ad christianitatem eos uocasse putarent ·
et fidem xpi ac sancta sacerdotum uilipenderent. De
quibus rebus in orientalibus franciae partibus pe
tentibus traditoribus portionem quandam episcopio re
mensi adunxit. Et de his quae in remensi prouincia
illi fuerunt traditae · in modica parte ecclesiae sancte Ma
riae in castro laudunensi clauam remensis parrochiae
ubi nutritus fuit tradidit. Ibique genebaudum uirum
carne nobilem · et tam in septuaris sacris quam in scolaribus
litteris eruditum · qui relicta uxore neptis scilicet
ipsius beati Remigii · uitam religiosam expetierat.
eum ordinauit. Et parrochiam ipsius comitatus lau
dunensis praefato castro subiecit. Qui genebaldus
plusquam necesse erat de ante acta uita et gradus
sublimitate cadens · cum debuerit cognare · quia nec